



Universitätsbibliothek Paderborn

Historiae Ecclesiasticae Pars ...

HISTORIAE EC||CLESIASTICAE PARS || PRIMA, QVA CONTI-||NENTVR ||
Eusebij cognomento Pamphili Cæsareæ Palæ-||stinæ Episcopi lib. 10.||
Eiusdem de vita Constantini magni lib. 4.|| Oratio Constantini magni ad
sanctoru[m] cœtu[m].|| Oratio eiusdem Eusebij in laudem Constanti-||ni
magni ad trigesimum ...

Christopherson, John

[Köln], 1569

Constantini victoria. Cap. XVII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29861

Constantini victoria. CAP. XVII.

Verum ubi aduersarios constanter in instituto per-
stare, iamq; gladiatorum acie experiri cernebat, egre
sane & grauitur ferens, sublato clamore, omnes ho-
stium copias momento teporis pedem referre coegit: si-
mulq; contra inimicos, & demones reportauit victoriam.

Licini suorumque mors. CAP. XVIII.

Deinde impiu tyrannu vna cum suis, belli iure con-
demnatu, debito addixit supplicio. Qui vero pre-
lii contra Deu suscipiendi authores fuissent, pariter
cum tyranno ad locu supplicii abducti sunt: & ibi meri-
tas iustasq; persoluentes poenas, misere interierunt. Qui
quidem sicut ante spe in diis vanis locata insolenter se
efferebant, sic paulo post Constantini Deum, qualis &
quam admirabilis esset, reipsa intellexerunt: & hunc iam
verum & solum deum se agnoscere confessi sunt.

Summa omnium letitia & panegyris.

CAP. XIX.

Porro impiis hominibus e medio sublatis, & potesta-
te tyrannica deleta, mundus de reliquo velut solis
claritate collustratus fuit: vniuersaque orbis terrae
partes, quae Romanoru parebant ditioni, in vnum co-
luerunt: quinetiam dum gentes, quae oriente occupabant,
alteri parti adicerentur, & vno generali principatu, tan-
quam capite quodam, totum corpus adornaretur, vnus
imperii potestas per omnes peruasit. Illustres praeterea
lucis ex pietate nascentis splendores hiis, qui antea in
tenebris & mortis umbra confedissent, laetos & serenos
dies impertierunt. Neque erat vlla amplius praeteritoru
maloru recordatio: Quippe omnes ubiq; victore hymnis
celebrabant, huiusque conseruatorem, solum deum se
agnoscere fatebantur. Iste imperator vniuerso pieta-
tis genere eximius & victor egregius, (hanc enim ap-
pellationem, cognominis loco, victoriae sibi a Deo con-
tra hostes & inimicos donatae maxime proprie conue-
nientem inuenit) orientem recuperauit: & vnum con-
iunctum coherentemque principatum, more veteri